


crescat, & generetur, multis sensim additis, & cohæscentibus membranulis, quales sunt cœparum. ideo non nisi verultissimis, & senio penè confectis, lapides hi reperiuntur. neq; vbique, sed certis, statisq; locis, vbi ea suppetit materia. qua ratione fieri posset, vt apud Hispanos, gentesq; alias, non ita facilè offendantur. Verùm non omnes hi lapides salubres sunt, tuendū sanitati, aut morbis profligandis apti, sed sibi illi, qui depauperis herbis saluberrimis producuntur. vnde non solum difficile sit censere, an illæ facultates mirabiles, quæ de eo lapide nostra tempestate iætantur, narrariq; & prædicari cœperunt, veræ sint, sed etiam quinam sint eligendi, aut qui utiles, aut inutiles offendantur, quibus de rebus certò quid affirmari nequit. Etsi fama est, venenis, venenatisq; omnibus subvenire, syncopem, & epilepticas invasiones arcere, digitis applicatos somnum conciliare, augere vires, excitare venerem, facultates omnes roborare, sedare dolorem, renum lapides vessicæq; , non solum parua quadam portione deuoratos, sed manibus tantum retentos frangere, ac pellere, vrinæ destillationi ferre opem, partum iuuare, & procurare conceptionem, denique nulli ferre

Bezar
vires.

non auxiliari morbo. adeo vt sint qui solius huius lapidis presidio, medici sententia sua euaserint consummati, pro talibusq; se impudentes venditarint. Varijs eos reperies formis, & coloribus. alios nempe candescentes, fuscos alios, alios luteos, quosdam cinereos, nigrosq; & vitri, aut obsidiani lapidis modò micantes. hos oui, illos rotunda figura, & alios triangulari. quid? quod nonnulli eorum, basis centriè loco glandem habent (& concussonat, nucleo intra crustam crescente, coactoq; haud alter ac hi quos Aetites vocare solent, aut ipsi Aetites sunt, quos Aquila fortassis rapient, & in suos transferant nidos) alij puluerem, alij lapillum. Tot vero reperies apud nouam hanc Hispaniam, vt iam vili veneant preçio, ac vel unico aureo singuli, & interdum etiam bini emi & commutati soleant, cum non paucis ante annis, vnicus & mediocris, ducentis, aut amplius au-

reis

reis extorqueri non posset a mercatoribus. Id dictum est a me, atq; admonitum, ne deinceps reliquis sit locus ipsis impostoribus ex rapto viuentibus, iusq; omne, dum rei familiariter student quomodo libet auctenda, atq; cumulanda, violentibus. quibus opus non est in tanta copia, & numero la redundantia, arte illos aut adulterio parare. quamquam & adhunc modum non pauci confitati reperiantur. Verùm lapides illi fossili, quos quidam Arabum, ab infringenda venenorū vī, codem appellant nomine, reperiuntur per hæc tempora apud nos, ac præcipue in fluminis *Tchibualani* ripis, varij, multiformesq; , influentibus vndis e montibus redundantibus bolo armeno, sed minimè, quos ferunt ijdem, in angulis oculorum prædictorum animalium concrecere, cum remedij gratia postquam deuorauerunt serpentes, ab antris vi halitus, aut occulta alia facultate tractos, se mergunt in flumina. Monstrati sunt nobis etiam lapilli, quos riunt deuorari a foemineo ceruorum sexu, vt facilior enixus contingat, & in eius ventriculo reperiri, de quibus omnibus suo loco, deo dante, termo habebitur.

Bezar
Fossili.


Monardes singulari libello vires Bezar Orientalis proscutus est. cuius etiam Capit. 34: perlege. Item Epistolam militis ex Peru conscriptam ad Monardem.

De POLLIN. Cap. XI. V.


ANIMAL quoddam est parvum Pollin, insectumq; Centipedis forma, minus tamen quod tritum atq; impositum, infixos aculeos, atq; sagittas mira celeritate extrahit.

De TAPAYAXIN lacerto orbiculari No. Hispaniae. Cap. XVI.

AD lacertæ differentias videtur pertinere Tapayaxin, quamquam orbiculari penè, planoq; constat corpore, ac Raix vocata quadam te-



Ee 4 nus




nus forma , ni longè minor esset , nec vncias quatuor , longitudine aut latitudine , equans . cartilagineum autem est , & multis variacum coloribus , gelidum semper tactu repertum , tardi incessus , ac raro mutans locum . etiam conrectatum , atque apprehensum . Sed caput est durissimum , & quibusdam eleuatum horrensq; aculeis , corrrolla modo dispositis . Gaudet ab hominibus apprehendi , manibus gestari , conrectariq; , placida quadam securitate , ac tranquillitate immobilis . quamobrem amicus hominis ab indigenis nuncupari solet . Illud est in eo mirabile , & nulli alii quod sciam commune , compressis , vexatisve oculis , aut capite ; aut parum indulgenter tractatis , sanguinis guttas per eos effundere , ac longius iaculari , qualis detraхи solet ab homine t peratissimo , & sana fruenti valetudine , tanto interdum impetu , ut ad trium passuum distantiam contingat reiectari . Siccatum hoc ad ignem , redactum in leuorem , deuoratumq; ex vino aut aqua , drachm  vnius mensura , morbo gallico , & doloribus ab eo euenientibus , magnopere auxiliari solet , quod multis certissimisq; est comprobatum experimentis , vacuata morbi caufa per superna infernaq; , ac demum euacuata vrina permixta pituita , alijsq; longis , crassisq; filamentis . Viuit in montibus frigidarum regionum , vbi paullim offenditur .

*De TEUHTLACOT ZAVHQUI, seu Domina serpentum.
Cap. XVII.*

SERPENS est atrocissimus *Teuhlacot zauhqui* , quem indigena Hispani viperam ob lethalis morsus immanitatem atque sauitiam , vocant , quaternos pedes aut amplius longus , & vnum , vbi mediocriter crassus est , latus , dorso eminenti , viperino capite , ventre ex albo palefcente , lateribus opertis carentibus squamis , fascijs tamen pullis per intervalla

inter-



interstinctis . dorsum fuscum est , luteis tamen lineis se in ipsa spina se cantibus insigne . Multa sunt eius serpentis differentiae non plurimum inter se distantes , & ictu mortem inferentes , nisi celerrime pr sidijs occuratur . Coniuoluitur in spheras irritatus , aut conrectatus , ac inaequaliter caput contorquet , sed ita sibi vndiq; cauet , vt nulla non parte se vindicet ab iniuria . Excogitatum est , icta humare membra , terraq; obruere , & ita finire donec omnino cesse dolor , aut morbus sit curatus , prospero (ut audio) magna ex parte euentu . Per saxa fertur eeleri cursu , ac per terristrria , planaq; quod mirum videtur , non adeo . ob quem Mexicanorum quidam , a vento nomen indidere , vocantes *Ecatocali* . Quot annos natus est , tot accedunt caud  perstrepentia sonalia , in postrema parte cauda vertebrarum instar connexa . Oculi sunt nigri , mediocris magnitudinis . Binos habet superna maxilla dentes , caninos , incuruos , quibus iaculatur venen  . vtroq; autem latere oris , quinq; parui dentes supernae maxillae insunt , sed qui facile conspici a quolibet aperto ore queant . Et sinuose graditut . Ictus toto corpore hiantibus rimis fatiscit , & vigintiquatuor horis a morsu trahit , animam dicitur agere . Apprehensos cauda Indi qui eos venantur , tutu tenent , appendentes , sed tamen torquentes collum , perstrepentes sonalibus , corpus hoc atq; illuc iactantes , ac nihil non molientes ut p cas de venatore sumant . Audio a multis , qui eum serpentem domi alere solent , atq; educare , annum integrum durare absq; cibo vlo potuq; . Abscisumq; caput , decem aut amplius dies ferunt apud Panuenses , in scemoris crassitudinem , & longitudinem adolescere . Norunt cicurari posse per multi , qui domi alentes habent in delicij . Venenum iaculatur caninorum tibialis , caui enim sunt . Nec desunt qui affirmant , viuum parere , ersi falso , qu  emadmodum ex aliorum veriori narratione percepit . Cum laetus irascitur , sonalibus concussis vehementer perstrepit , erigitq; collum , non

Ecc sine


sine adstantium timore, nec tamen mordet, nisi compressus, & irritatus. Caninis in vlos medicos seruatis, pungunt Mexicani medici, collum, ceru- cemue dolores capitis placandi gratia. pinguineq; animalis ferè om- nium nocentissiml, lumbos perungunt sedando illorum dolori, aliasq; corporis partes dolore infestatas. ac discutiunt præter naturam tumores. edunt Indi eorum carnes, ac verissimum esse statuunt, cohortalium car- nibus esse præstatores, ac gustu gratiiores. Linteo conuoluta quantum ve- lis tenui raroq;, ita torpescit illa feritas, vt a puero deferri quolibet, citra for- midinem, aut noxam ullam possit. Aiunt, caput huius serpentis alliga- tum collo, instar viperini, gutturi morbido ferre sputetas, febridentibusq;. Medentur punctura serpentium omnium, quibus natura appendent sona- lia humano stercore duarum vnciarum pondere ex aqua congruenti pro- pinato, aut commando *Picyle*, & admoto vulneri, item folijs arboris *Hoitz mamaxalli* huic orbi vulgaris, fusis, atq; applicitis, de qua dictum est inter arbores. Est etiam huic malo conuenientissima *Chipahoac*, ab alijs *Acutz huariracua* appellata, de qua inter herbas verba fecimus. Prouenit in ca- lidis locis huius nouæ Hispanie.

De TLAQVATZIN. Cap. XXIII.

ANIMAL est *Tlaquazin* canis parui forma, & magnitudine, binos dodrantes longum, rostro tenui, prolixo, atq; depili. exili capite, tenuissimis, molliissimisq; auriculis, ac penè translucentibus. pilo longo, & candido, sed circa extrema fulso, aut nigro. cauda tereti, duos dodrantes longa, ac persimili colubrine, fusca, sed postremo candida, qua mordicus, firmiterq; quidquid apprehendit retinet. corpore verò, ac pedibus Melis. Quaternos, quinosq; parit catulos, quos vtero conceptos, editosq; in lucem alii cauitate quadam, dum adhuc parvuli sunt, claudit, ac seruat, intra scilicet locum, a natura huius rei gratia fabricatum, dilatata, ac sponte natu- ra velut excoriata, iuxta mammarum sedem, externa pelle, tanta æqualita- te, ac vi, vt coaluisse cutem omnino putas, miro, visendoq; naturæ artificio, & quod in nullo animali, quod eadem generauerit, vsquam sit conspicere. Oculi sunt nigri, parui, viuidi, atq; exerti. Scandit arbores incredibili per- nicitate. diu in cauernis latitat. vescitur cohortalibus, quas, vulpecularum mustellarumq; siluestrum more iugulat, illarum sanguinem absorbens. Cetera innoxium, ac simplicissimum animal, quamquam versutia quadam congenita le interdum mortuum simulet. cum scilicet non est aliter ho- minum manus effugere, aut cum deluos apprehensores mordere est ani- matus. Cauda huius animalis egregium est medicamentum. trita enim, dragma vnius mensura, atq; ex aqua aliquoties deuorata, nullo praesum- pto alimento eo die quo hauritur, vrina meatus mire abstergit, cadem euocata, tractisq; Lapillis, & quacunq; alia re meatus obstruente, venerem excitat, generat lac, & prefractis medetur, & cholicis, partu accelebat, men- ses elicit. extrahitq; tula & imposita, aculeos qui sunt infixi, ac ventrem emollit.

emollit, & fortassis nullum extat medicamentum ad has res omnes peragé- das præstantius. Viuit enim in calidis, ac pacit, carne, fructibus, pane, oleribus, frumentaceis, alijsq; generibus, veluti nos experimento cognoui- mus, aentes illud domi, ac in delicis habentes.

De TZOPILOTL, sive Aura. Cap. XIX.



QUAM Mexicanii *Tzopilotl* vocant, Auram alij vocare consue- runt. Avis est magna, tota nigra, Aquila mediocris, aut corvi, cuius videtur species magnitudine. Vngues sunt vinci, atq; crura fusca, ro- strum psitaci, eodem fuscum modo, frons deplumis, plicatili cute obtecta, nec dissimili *Quauhpecotli*, aut *Cozquaquauhli*, quem pili rari, nigri, illis Athiopum capitibus innalci solitis persimiles, circumstant. Morticinis tā- tū carnibus vicitat, stercoreq; humano. Nō satis cōstat, vbi avis hec nidi- fit, aut educer filios, cum sit vniuersæ prope nouæ Hispaniæ frequentissima. Sublimipeta est, grauem ingratumq; odorem spirat, coruorum odori persimilem. Gregatim consident arboribus, & cadaueribus permultæ vescuntur insimul. Audio, pennas eius, vltas & in cineres redactas, pilos renasci prohibere, nō minus ac sterlus formicarum, & sanguis vespertilio- num, & semiambusta cutis vulneribus mederi admotas, si pariter edatur caro, qua etiam gallico morbo opitulari solet. Cor sole exiccatum, impense esse odorum, sterlus verò drachmæ vnius mensura bibitum, me- lancholicis conferre.

De Tzquiepatl, seu Vulpecula, que Naturam torrefactum emulatur colore.

Cap. XXI. p. 12. ab anno 1560 ad 1570.

XIX. ad. 1560. 1570.



TECHNIS, artibusq; *Vulpecula* nostrati est similis *Tzquiepatl*, atque adeo illi congener, duos pene dodrantes longa, humiliq; tenui rostro, paruis auriculis, piloso, & nigro corpore, ac pricipue iuxta caudam, quæ longa est, & nigro candidoq; pilo, velut vniuersum corpus vestita, breuibus cruribus, nigrisq; & vncis vnguis. Vivit in antris inter saxa, vbi prolem educit. Velicitur scarabeis, atq; vermiculis, cohortales iugulat, solaq; eorum deuorat capita fundit cum ventris crepitu halitum fecundissimum. pedit autem cum quis eam insectetur, his se muniens armis. quin ipsa tota terrarium exhalat odorem, & vrina stercoq; est foetidissimum, atq; adeo pestilens, ut nihil sit reperire in nostro orbe, cui in hac re possit comparari. quo fit, vt in extremo constituta periculo, redditia vrina, aut fecibus diectis ad octo pluriumuē passuum interuallum (tanta vis est huius excrementi) se ab omnibus vindicet iniurijs, ac uestes inficiat indelebilis luteisq; maculis, & nunquam satis perspirante putore. alias innoxium animal, eduleq; & hac sola ratione horrendissimum. Editur eius caro, stercoq; saluberrimo carent, ab his qui Hispanica lue, aut Indica potius (vnde citra dubium in alias nationes irrepit) sunt affeci, & contra articulorum dolores. Fit ex ea oleum *Vulpinum*, non minus efficax eo quod ex nostrate *Vulpe* parari consuevit apud Hispanos. Sunt & alia duo huius *Vulpeculae* genera, eadem penè forma, & natura. quorum alterum *Tzquiepatl* vocatum, fascijs multis cendentibus distinguitur, alterum vero, *Conepatl*, seu *Vulpecula puerilis*, vnicarum vtrinq; ducta, perq; cunctam ipsam codem modo delata.

II. Tzquiepatl.
III. Conepatl.

De APVM, Mellisq; Indici generibus.

Cap. XXI.

YZAX ALASMITL



MVLTA mellis genera in noua Hispania mihi adhuc obseruare licuit, non loco solum, veluti veteri orbe, verùm ipsa materia, & apum diuersis generibus distantia. Primum est Hispaniensi per omnia simile. idemq; & quod ab apibus Hispánicis congenibus sponte in cauicibus arborum fabricetur, quas Indi secta in aparia repoununt, ac congerunt. Secundū est quod parari ex arundinibus consuevit, vnde & saccharum quoq; paratur, cuius confiendi traditus est a nobis modus quarto huius operis libro, qm̄ reliqua facchari omnium generum parandi ratione. Ter-

Mel II.

Mel III.

Mel IV.

Mel V.

tium fit ex Merl, cuius etiam opificium in huius plantæ capite proditum est. Quartum fit in regionibus temperatis, aut feruidoribus, a quodam apum minime aculeatarum genere, simili formicis alatis, minorisq; nostrate, suspendente in axis, & arboribus, sed maximè queruū generibus alucaria, globulosuē quodam, vocatos *Micatzonte camimaoatl*, similes saccharinis, interdum hominis & quantes amplitudinem, constantes e corijs permultis, refertos vasculis, minoribus, densioribusq; nostris. Colore fusco, ac permulto, optimoq; affluētes melle, & numerosa sobole, atq; factura candida, & margaritifera. qua affa, & sale conspersa, nec ab amygdalis dulcibus distante sapore, quoties occurrit id genus examinis audiē vescuntur indigenæ. nec tamen castrantes alucaria, sed ore fugentes. dum vero editur mel non adh̄eret cera dentibus, sed quidpiam paleis simile. Consiunt huiusmodi apes mel haud alter ac nostræ pariterq; floribus, ac rore viuunt. Septembri mensē impensè fecunda, & onusta mellaria reperiuntur. Quintum

Mel V.

genus prædictis paulisper cedens, fit ab apibus

apibus quibusdā aculeatis, nostratis longē minoribus, fuluisq;. Hæ enim
oīlongo orbē fabricato, quem *Acomiia* vocant, mellificare consue-
runt. Inuestigare vix potui, an régem habeant, seruentq; in opere, aut in
administrandis rebus, ciuilem ordinem. sed verisimile est, hac in re no-
strates apes imitari, quamquam adhuc ab hac rudi gente & imperita, ob-
seruatim non sit: nisi satius sit putare, natura magis arrisule, barbaras
quoc; & siluetries extare apes, veluti & inter homines ipsos, quos eadem
intellectus illustrauit lumine, gentes incolitas, & ab omni ciuitate, & apte
instituta republika prōtulit altenas. Et vi praeclitis nonnulla apum, velpa-
rumq; ac pseudomellissarum generi adiiciam, a me in hac noua Hispania
obseruata, non ēt prætereundum silentio. Genus aliud paruarum apum
expers aculei, subterraneis locis mellificans, & fauos confrumentis orbicula-
res vocatum *Tlalneuhuili*, sed non adeo iucundo opere, aut grato mellifico. Et
Mel VI. enim acidum mel, & aliquantisper amarum, et si in probatorum generum
acidum penuria solet substitui, condimentisq; immisceri. Mellificat quoq; in for-
minibus parietum, ripanumq;, Vesparum quadam differentia, vocatarum
xicotili, qua aculeatas sunt, nigrae, & capite pallecenti dorso. Quid memorem
pseudomellissarum aculeatas, tetras, & canitatis lignorum, quas eadem effodiunt
incolentes. Qua *aubxicotli* a Mexicanis vocatas? aut fulvas alias, noxio-
venenatoq; armatas aculeo? aut *Tlalpijoli* inerme apum genus, nostratum
magritudine, nigroq; & dueco colore varium? aut *Cuicalmia hoal* com-
putandam inter velpas, noxij, ac venenati aculei, alia ut ciuidem generis
minores, aut *Quadabxicotli* pseudomellissam, que tota ruga est, alias si ex-
cipias, que rubra sunt, venenatissimi, & pralongi aculei, & faccharinas
arundines, adeoq; ligna ipsa punctura a summo ad imum usq; (quod est
a nobis perspectum, atq; obseruatim) fidentis? Verum velle natura singu-
laria mirandaq; nominatim percenſere opera, fuerit insolentia, ne dic-
cam stupiditati vehementi adscribendum.

FINIS LIBRI NONI.



RE-



RERVM MEDICARVM NOVAE HISPANIAE NARDI ANTONII RECCHI Liber Decimus.

MINERALIA EXPLANAT.

IOANNIS TERENTII LYNCEI PRÆFATIO.

BENIGNA illa & ferax rerum parens, Terra nimis, non plantas modò germinat, & animalia procreat, sed in-
gentem insuper in ventre suo thesaurum recondit, quem no-
stro tandem suos labore feliciter parturit. Metalla inquam,
Gemas, Mineralia, sales diuersos, & variosq; sucos, quo-
rum omnium Mexicanus Orbis non minus atque aliae Mundi
partes fertilis predicator. Decimus hic liber aliquem eorum
nobis gustum prebet, & inter hec, lapides presertim, terrarum, ac salium aliquot
genera explicat. Inter lapides vero triumphant, & merito principatum gemmae
obtinent, que tamam nobis admirationem, varietate sua, coloribus, materia, decore
pariant, ut non abs re Plinius solerissimus Naturæ perscrutator, exclamauerit, in
Gemmis suis in arctum coactum reū Naturæ Majestatem, & pleriq; hominibus ad
summanam absolutamq;. Naturæ contemplationem satis esse unam aliquam gemmam.
Quamquam autem, qui rerum indicarum historias ediderunt, particulatum aliquid
de petris gemmisq; simul scriperint: & Anselmus Boetius, Cesarius olim Medicus,
mibiq; familiaris, generatim & bene materiam hanc tractauerit; Recchus tamen
noſter plurimq; alijs aut omnino intacta notauit, aut minus certe obseruata curio-
sus disquisiuit, que tuis studioſe Lector commodis, Lyncei nunc euulgauit.

DE